The Medieval Text Consortium Series

Insolubles

Walter Segrave

Critical Edition with English Translation by Barbara Bartocci and Stephen Read

https://www.openbookpublishers.com

The Medieval Text Consortium Series: Volume 1
ISSN Print: 2754-0634 | ISSN Digital: 2754-0642

ISBN Paperback: 978-1-80511-090-3 | ISBN Hardback: 978-1-80511-091-0 | ISBN Digital (PDF): 978-1-80511-092-7

DOI: 10.11647/OBP.0359

Cover image: Photo by Sean Babbs, 2020, University of Colorado Boulder Libraries Instruction and Outreach | Collections of Distinction Special Collections, Archives, Government Information, and Maps, CC-BY.

Cover design: Jeevanjot Kaur Nagpal

Published by Open Book Publishers in collaboration with Benson Center Press.

OpenBook Publishers

Benson Center Press
UNIVERSITY OF COLORADO BOULDER

Coriscus cognoscitur a te, Coriscus est veniens, ergo veniens cognoscitur a te,

accipitur enim iste terminus 'veniens', vel saltem intelligi debet cum reduplicatione, et ita variatur suppositio extremi. Et similiter hic:

Omnis triangulus habet tres angulos per se et primo, ysoceles est triangulus, ergo habet tres angulos per se et primo.

Et deficit hic paralogismus sicut in insolubilibus quod medius terminus aliter supponit ⟨in maiori⟩ respectu huius predicati: ⟨habet tres angulos⟩ per se et primo, quam facit in minori, ex qua variatione deficit | a sillogismo. E_8 27vb

Capitulum Sextum

⟨Solutio insolubilium cathegoricorum et ypotheticorum⟩

6.1 Iam restat secundum dictum modum solvere paralogismos ut ⟨dicta⟩ sic applicata magis appareant, et primo de cathegoricis, deinde de ypotheticis.

6.1.1 Ponatur ergo quod sint ⟨tantum⟩ iste tres propositiones:

Deus est,

Homo est,

et

Quodlibet verum est aliquod istorum,

et demonstro illas duas, et hoc dictum proponatur

Quodlibet verum est aliquod istorum.

---

3 enim] autem O || intelligi debet] intelligitur O 4 Et] ita *add.* O 5 Omnis] aliquis O || angulos] et *add.* O || per ... primo] primo et per se O 6 ergo] ysoceles *add.* O 8 hic paralogismus] iste sillogismus O || quod] quia O 10 facit] faciat O || variatione] varietate E_8 O 12 Capitulum Sextum] *rubr. in textu et etiam in marg.* E_8 14 secundum ... solvere] solvere secundum dictum modum O || dictum modum] *inv.* E_4 15 applicata] amplicata E_4 ampliata O || appareant] appareatur E_4 || cathegoricis] cathegoricos E_4 || deinde] secundo O 15–16 de ypotheticis] in ypotheticos E_4 20 et] *om.* E_4 22 duas et *corr.*] deus est E_4 22–23 et ... istorum] *om. hom.* E_8 O

 https://doi.org/10.11647/OBP.0359.06

> Coriscus is known by you, Coriscus is approaching, therefore the one who is approaching is known by you,[77]

for the term 'approaching' is taken or at least should be understood re-duplicatively, and so the supposition of the extreme varies.[78] And similarly here:

> Every triangle has three angles by definition, an isosceles is a triangle, therefore it has three angles by definition.[79]

And this paralogism is defective in that, just as in insolubles, ⟨in the major⟩ the middle term supposits differently with respect to the predicate ⟨'has three angles'⟩ by definition than it does in the minor. From this variation ⟨of the middle, this paralogism⟩ is defective as a syllogism.

Chapter 6

⟨Solutions to subject-predicate and compound insolubles⟩

6.1 It now remains to solve paralogisms according to the way described, so that ⟨what has been said⟩ will be clearer when so applied, and applied first to subject-predicate ⟨insolubles⟩, then to compound ones.

6.1.1 So suppose that there are ⟨only⟩ these three propositions:

> God exists,
>
> A man exists

and

> Every truth is one of these,

referring ⟨by 'these'⟩ to the ⟨first⟩ two propositions, and this one is proposed:

> Every truth is one of these.[80]

---

[77] This isn't an insoluble. Segrave is saying that one argues in insolubles in the same way as in the Hidden Man paralogism, that is, as committing the fallacy of accident.

[78] Typical cases of reduplication employ the expressions 'qua' or 'insofar as', e.g., 'I know Coriscus qua the one approaching'. The medievals often used reduplication as a test for whether the fallacy of accident was present. See, e.g., Gelber, 'The Fallacy of Accident and the "dictum de omni"', §IV. So, e.g., Ockham complains that it is commonly said that the Hidden Man paralogism is shown to commit a fallacy of accident since "that he is approaching is distinct from Coriscus insofar as he is known ⟨by you⟩" ([…] dicitur communiter quod hic est fallacia accidentis […] quia extraneatur Corisco quod sit veniens in quantum cognoscitur): Ockham, *Expositio super libros Elenchorum*, II 9, pp. 231–32.

[79] Cf. Scotus, *Quaestiones super Librum Elenchorum*, Q. 45: "An fallacia accidentis possit causari ex variatione termini', §10 (in *Opera Philosophica*, ed. Andrews et al., vol. II, p. 478), where Scotus has 'figura' in place of 'isosceles'. The question of whether a triangle or an isoceles has three angles by definition alludes to the distinction between two kinds of essential or per se predication: see Aristotle, *Posterior Analytics*, I 4, (73a34 ff.). The first is where the definition of the subject includes the predicate, e.g., species and genus; the second where the definition of the predicate includes the subject, e.g., 'risible' and 'man'.

[80] See Dumbleton, 'Insolubles', §18.2.2 and Brinkley, *Insolubilia*, p. 85 (§160).

Et si negetur, ergo hec est falsa, ergo tantum relique due sunt vere, ergo quodlibet verum est aliquod istorum, quia quelibet est singularis vera. Sed contra: tunc si hec est vera et hoc non est aliquod istorum, ergo aliquod verum non est aliquod istorum, ergo non quodlibet verum est aliquod istorum.

6.1.2 Simile est: ponatur quod tantum iste tres propositiones sint:

Deus est,

Homo est,

et

Ista sunt vera omnia

—demonstratis illis duabus, et patet deductio.

6.1.3 Similiter, posito quod tantum iste sint:

Deus est,

Homo est,

et

Tantum duo sunt vera,

et patet deductio, quia si sit falsa, tunc duo sunt vera et non plura, ergo tantum duo. Si vera, ergo tria sunt vera, ergo non tantum duo sunt vera.

6.2 Ad solutionem istorum et aliorum, primo videndum est quibus terminis fiat huiusmodi paralogismus. Pro quo est sciendum quod numquam fit iste paralogismus, qui dicitur insolubile, nisi respectu alicuius istorum terminorum: verum, vel: falsum, vel convertibilium suorum—et hoc vel ut nunc [vel hic] vel simpliciter—vel respectu alicuius quod expresse dat intelligere verum vel falsum tamquam partem sui significati, ut: scitum ⟨esse verum⟩, et: scitum esse falsum. Omne enim scitum esse verum est verum, et omne scitum esse falsum est falsum. Tales namque | non possunt E$_8$ 28ra supponere pro totis nec convertibilibus nec oppositis nec antecedentibus, ut illos sic supponere foret totum significare se esse falsum vel non esse

---

1 falsa] fallacia O ‖ tantum] unum E$_4$ ‖ relique due sunt] sunt due relique O 2 est singularis] *inv.* E$_8$ O ‖ Sed] si sic E$_4$ 3 si] sic E$_4$ ‖ hec est] hee essent O ‖ et hoc non est] *om.* O 4 aliquod^1] alterum O 6 est] istorum *add.* E$_4$ 8–9 est et] *om.* E$_4$ 10 omnia] *om.* O 12 Similiter] simile O ‖ sint] *om.* O 14 est] *om.* E$_4$ 16 vera] vere O 17 plura] falsa O 18 duo sunt] *inv.* E$_4$ 19 videndum] sciendum E$_4$ ‖ est] *om.* O in *add.* E$_4$ 20 huiusmodi] iste O ‖ est] *om.* E$_4$ O 21 iste] hic O ‖ dicitur] est O 22 terminorum] qui dicimus (*dub.*) *add.* O ‖ et hoc vel] *om.* E$_8$ O 24 partem] *om.* E$_4$ ‖ ut] et hoc E$_4$ 24–25 scita ⟨esse verum⟩ et] scitis O 25 Omne enim] esse et O ‖ esse verum^2] *om.* E$_4$ 26 et omne scitum] tunc scitis O ‖ namque] *om.* O, soli *add.* E$_4$ 28 supponere] suppositis O ‖ vel] se *add.* O

If you deny it, then it is false, therefore only the other two are true, therefore every truth is one of these because each of them is a true singular proposition. But on the contrary: then if it is true and it is not one of these, therefore some truth is not one of these, therefore it is not the case that every truth is one of these.

6.1.2 It is the same if one supposes that there are only these three propositions:

God exists,

A man exists,

and

These are all the truths,

referring ⟨by 'these'⟩ to the ⟨first⟩ two propositions, and the argument is clear.[81]

6.1.3 Similarly, supposing that there are only these propositions:

God exists,

A man exists,

and

Only two things are true,

the argument is clear, because if ⟨'Only two things are true'⟩ is false, then two things are true and no more, therefore only two. If ⟨'Only two things are true'⟩ is true, then three things are true, therefore not only two things are true.[82]

6.2 To solve these and other paralogisms, one should first consider which terms give rise to this kind of paralogism. Here it should be realised that the kind of paralogism called insoluble only occurs in relation to one of the terms 'true' or 'false' or what is convertible with them—and this either as a matter of fact or without qualification[83] —or in relation to ⟨an expression⟩ in which we expressly understand 'true' or 'false' as part of its significate, such as 'known ⟨to be true⟩', and 'known to be false'. For everything known to be true is true and everything known to be false is false. In fact such ⟨terms⟩ cannot supposit for wholes nor for convertibles nor for opposites nor for what imply them, as their so suppositing would

[81] For those who think that the argument is not so clear after all, they can find it fully developed in Bradwardine, *Insolubilia*, §4.2.7. See also Bradwardine's response, *ibid*. §ad 4.2.7 in ch. 12. See also Dumbleton, 'Insolubles', §18.2.4.
[82] Cf. Bradwardine, *Insolubilia*, §§8.6.3 – ad 8.6.3.1.
[83] For this distinction see §ad 5.8.2 above.

verum. Et quia ista duo solum repugnant significato copule, videlicet verum negari a toto et falsum affirmari de toto, et ideo isti soli termini restringuntur per copulam ne possint supponere pro totis et oppositis et convertibilibus in casu ubi alterum istorum accideret.

ad 6.1.1 Ad primum igitur dico, illo casu posito, quod hec est vera:

Quodlibet verum est aliquod istorum,

et nego consequentiam:

Quodlibet verum est aliquod istorum, hoc est verum, ergo hoc est aliquod istorum.

Medium enim variatur, in minori namque supponit pro hoc vero:

Quodlibet verum est aliquod istorum,

sed in maiori non et ita non sequitur conclusio. Unde sensus maioris est:

Quodlibet verum aliud ab hoc, vel convertibile cum eo et ita de aliis pro quibus non supponit, est aliquod istorum

et non supponit pro hoc.

ad 6.1.2 Ad aliud:

Ista sunt omnia vera

⟨est vera⟩. Contra tamen:

Hec est vera, et hec non est aliqua illorum, ergo illa non sunt omnia vera.

Patet responsio quia iste terminus 'verum' pro alio supponit in maiori quam in conclusione. Sensus enim conclusionis est iste:

Ista non sunt omnia vera alia ab A,

sit A:

Ista sunt omnia vera.

Similiter si sic arguatur:

Ista sunt omnia vera,

demonstratis illis tribus, hec est concedenda. Et tunc arguatur sic:

---

1 Et] *om.* O 3 possint] possent E_4 5 quod] *om.* O 8 hoc est verum] *iter.* O 10 minori] maiori E_4 12 in maiori] minori (*dub.*) E_4 13 eo] hoc E_4 14 ita] sic O 18 Contra] et *add.* O E_8 19 Hec] hoc E_4 || hec] *om.* O || illorum] illarum E_4 O 21 alio] aliquo E_4 23–27 alia ... vera] *om. hom.* E_4 28 arguatur] arguitur E_4

mean that the whole signified itself to be false or not true. And since only these two possibilities—*viz* 'true' when denied of the whole and 'false' when affirmed of the whole—are inconsistent with the significate of the copula, for that reason these terms alone are restricted by the copula so that they cannot suppose for wholes and opposites and convertibles in a scenario where one of these ⟨inconsistencies⟩ would occur.

ad 6.1.1 Then to the first paralogism I reply that assuming this scenario, this is true:

> Every truth is one of these,

and I deny the validity of the inference:

> Every truth is one of these, this is a truth, therefore this is one of them.

For the middle term varies because in the minor premise it supposits for this truth:

> Every truth is one of these,

but in the major it does not. And so the conclusion does not follow from the premises. For the meaning of the major is:

> Every truth other than ⟨the major premise⟩ (or what is convertible with it and so on for others for which ⟨the subject⟩ does not supposit), is one of these,

and ⟨the subject⟩ does not supposit for ⟨the major premise⟩.

ad 6.1.2 To the next paralogism,

> These are all the truths

⟨is true⟩. To the contrary, however:

> This is a truth, and this is not one of these, therefore these are not all the truths.

The response is clear, because the term 'truth' supposits for something different in the major than in the conclusion.[84] For the meaning of the conclusion is:

> These are not all the truths other than A,

where A is:

> These are all the truths.

Similarly, if one argues like this:

> These are all the truths,

referring to the three propositions, it should be granted.[85] And then if one argues like this:

[84] The conclusion is the negation of the insoluble, so subject to the same restrictions.

[85] This is a fourth proposition, like the third, but is true only referring to the first three. It's rather similar to the Revenge Paradox: see, e.g., Bradwardine, *Insolubilia*, 'Introduction', pp. 20–23.

Ista sunt omnia vera (demonstratis illis tribus), et ista sunt omnia vera (demonstratis illis duobus), ergo ista tria sunt ista | duo, E_8 28rb

ad illud patet quod non sequitur quia variatur medium. Pro pluribus namque supponit in una quam in alia.

ad 6.1.3 Ad tertium patet responsio similiter, quia hec est vera:

Tantum duo sunt vera,

et non sequitur:

Hec est vera, ergo non tantum duo sunt vera,

quia ⟨li⟩ 'verum' in antecedente non supponit pro toto nec pro antecedente ad totum suum. Ergo sensus:

Tantum duo sunt vera, idest tantum duo sunt vera alia ab A (sit A totum) vel alia ab antecedentibus ad A etc,

non enim supponit pro A nec antecedentibus ad A.

Sed si arguatur sic:

Hec tria sunt vera, et alia duo sunt vera, ergo tria sunt vera, ergo non tantum duo sunt vera,

negatur prima consequentia, sed sequitur:

Ergo ista tria sunt vera et ista plura duobus sunt vera,

et non sequitur ultra:

Ergo tria ⟨sunt vera et plura duobus sunt vera⟩;

sicut non sequitur:

Hoc dictum a Sorte est falsum, ergo dictum a Sorte est falsum,

et causa est quia sic dicto:

Ista tria sunt vera,

subiectum est terminus singularis et predicatum supponit | pro omnibus demonstratis nec potest restringi. O 1va

Sed sic dicto:

28–1 hec ... tribus] *om. hom.* O 4 illud] idem O E_8 || quod non sequitur] solutio O 5 supponit in una] una supponit O 9–11 tantum ... sensus] *om. hom.* O 12 idest] *om.* O || vera[2]] *om.* E_4 13 etc] *om.* O 14 nec] pro *add.* O 16 sunt vera[1]] est vera E_4 *inv.* O 18 negatur] illa *add.* O 17–19 ergo non ... vera] *om. hom.* E_4 20 ultra] ultimo O 22 sequitur] et *add.* O 23–24 ergo ... falsum] *om. hom.* O 25 dicto] dicendo O 27 predicatum] tria *add.* O 28 demonstratis] *om.* O 29 dicto] dicendo O

> These are all the truths (referring to the three propositions), and these are all the truths (referring to the two propositions), therefore these three are these two,

in response to this it is clear that this inference is not valid because the middle term varies. In fact it supposits for more propositions in one premise than in the other.

ad 6.1.3 Similarly, the response to the third paralogism is clear because this is true:

> Only two things are true,

and the inference

> ⟨'Only two things are true'⟩ is true, therefore not only two things are true

is not valid because 'true' in the premise does not supposit for the whole nor for what implies the whole.[86] So the meaning ⟨of 'Only two things are true' is⟩:

> Only two things are true, that is, only two things are true other than A (where A is the whole, ⟨'Only two things are true'⟩) or other than what implies A, etc.,

for ⟨'true'⟩ does not supposit for A nor for what implies A.

But if one argues like this:

> These three things are true and the other two are true, therefore three things are true, therefore not only two are true,

I deny the first inference, but this follows:

> therefore these three are true and these more than two are true,

and the further conclusion:

> therefore three things ⟨are true and more than two are true⟩

does not follow; just as:

> This utterance of Socrates' is false, therefore an utterance of Socrates' is false

is not valid and the reason is because if one says:

> These three things are true,

the subject is a singular term and the predicate supposits for all the propositions referred to and cannot be restricted.

But if one says:

[86] That is, 'true' cannot supposit for 'Two things are true and no more' (see §6.1.3), as stated in §6.2, since it implies 'Only two things are true'.

Tria sunt vera et plura duobus sunt vera,

li 'verum' non supponit pro A nec antecedentibus ad A, sicut nec facit ⟨in⟩ ista:

Non tantum duo sunt vera,

hec enim includitur in illa, sed est sensus:

Plura duobus sunt vera, idest plura duobus sunt vera alia ab hac vel ab antecedentibus ad hanc etc.

6.3.1 Similiter paralogizatur sic: sint tantum hoc:

Falsum est,

et

Falsum est hoc,

et sit prima A et demonstretur in secunda A. Tunc aut A est verum vel falsum. Si verum, ergo nihil est falsum, quia nec hoc nec aliud ab hoc, sicut manifeste patet; ergo si falsum | est, nullum falsum est. Si A sit falsum, ergo falsum est hoc, ergo falsum est quia arguitur ab inferiori | ad superius suum. E$_8$ 28va E$_4$ 160vb

Simile est de omnibus talibus:

Nullum tibi propositum est verum,

proponatur tantum illa; et similiter:

Nullum tibi propositum est concedendum;

et similiter in isto particulari:

Aliquod propositum tibi non est concedendum.

6.3.2 Simile est: dicat Sortes tantum istam:

Sortes dicit falsum

et similiter:

Sortes intelligit falsum,

Sortes credit falsum,

Sortes decipitur,

posito quod: decipi, et: credere falsum, convertantur.

Simile accidit respectu veri negando sic:

---

1 et] vel E$_4$ *om.* O 2 nec^2] non O 3 ista] a E$_4$ 5 hec] hoc E$_4$ hic O || enim includitur] inducitur O 6 idest ... vera] *om. hom.* E$_8$ 7 ab^2] *om.* E$_4$ E$_8$ 8 sint] si O 9 Falsum est] *inv.* E$_4$ 10 et] *om.* O hoc *add.* E$_4$ 11 est] cum O 12 demonstretur] denominetur E$_4$ E$_8$ || Tunc] queritur *add.* O || vel] aut O 14 sicut ... patet] si nullum est O || est^1] *om.* E$_4$ 16 suum] *om.* E$_4$ E$_8$ 21 similiter] simpliciter E$_8$ simile O 22 propositum tibi] *inv.* O 25 similiter] simile O 29 decipi] decipitur E$_4$ || et] *om.* E$_4$ 30 respectu veri] *lacuna in O* || sic] istam O

Three things are true and more than two are true,

'true' does not supposit for A nor for what implies A, just as ⟨in⟩ this

Not only two things are true

⟨'true'⟩ does not ⟨supposit for A nor for what implies A⟩, for ⟨'More than two are true'⟩ implies it, but the meaning ⟨of 'More than two are true'⟩ is

More than two things are true, that is, more than two things are true other than this one or what implies it etc.

6.3.1 Similarly, a paralogism is made like this: let there be only:

A falsehood exists,

and

A falsehood is this,

where the first proposition is A and A is referred to ⟨by 'this'⟩ in the second. Then either A is true or false. If ⟨A⟩ is true, then nothing is false, because neither this nor anything other than this ⟨is false⟩, as is manifestly clear; therefore if a falsehood exists ⟨that is, A is true⟩, no falsehood exists, ⟨therefore A is false⟩. If A is false, then a falsehood is this, therefore a falsehood exists ⟨that is, A is not false⟩, because it is argued from an inferior term to its superior.[87]

It is the same concerning all of these:

Nothing proposed to you is true,

when only this proposition is proposed; and similarly:

Nothing proposed to you should be granted;

and similarly in this particular proposition ⟨proposed to you⟩:

Something proposed to you should not be granted.[88]

6.3.2 It is the same if Socrates says only:

Socrates says a falsehood,

and similarly:

Socrates understands a falsehood,

Socrates believes a falsehood,

Socrates is deceived,

supposing that 'to be deceived' and 'to believe a falsehood' are convertible.[89]

The same happens with respect to negating 'truth', like these:

---

[87] As we will see in Segrave's reply (§ad 6.3.1), the inference here is taken not as one "a tertio adiacente ad secundum adiacens" (from a proposition with the copula as third component to one with it as second component), but taking 'hoc' ('this') as inferior to 'ens' ('existing' or 'being').

[88] The allusion here is to *proposita* in an *obligatio*. See 'Introduction', §4.

[89] See Bradwardine, *Insolubilia*, ch. 9.

Nullum verum est,

posito quod tantum sit ista,

Nullum verum intelligitur a te,

et ita de consimilibus.

ad 6.3.1 Pro istis: dico ad primam quod hec est falsa:

Falsum est,

et concedo 'falsum est hoc', et nego consequentiam:

Hoc est falsum et hoc est, ergo falsum est,

quia iste terminus 'falsum' pro aliquo supponit in maiori pro quo non supponit in conclusione.

Sed arguatur contra hoc:

Ergo de aliquo dicitur 'hoc' de quo non dicitur 'ens', quod tamen est falsum quia 'hoc' est inferius ad 'ens'.

Ad illud dicitur concedendo quod de aliquo subiecto vere affirmeretur 'ens' et 'hoc', pro aliquo significato eius, de quo subiecto non vere affirmatur antecedens pro illo; et causa est quia illud subiectum non supponit pro illo in tali propositione, sed tamen de illo significato affirmetur 'ens', sic dicto hoc:

Falsum est ens,

et ita non sequitur quod aliquid sit hoc quod non est ens.

6.3.3 Ad aliam similiter dicitur quod hec est falsa:

Falsum dicitur a Sorte

et ad deductionem patet.

---

3 te] Sorte O 5 primam] primum E_8 7 est] *om.* E_4 E_8 8 est^3] *om.* E_4 9 quia ... falsum] *om.* O || pro aliquo supponit] supponit pro aliquo E_4 9–10 in maiori pro quo non supponit] potest supponere O *om.* E_4 13 tamen] *om.* O 14 illud] aliud O || dicitur] *om.* O || affirmeretur] affirmantur O 15 et] *om.* E_8 O || significato eius] *inv.* E_4 17 pro] *om.* E_4 || propositione] supponere E_4 || tamen] cum E_8 O 18 sic dicto] sicut de subiecto O 20 aliquid sit hoc] sit aliquid O || est] sit O 21 aliam ... dicitur] aliud simili contra O

No truth exists,

supposing that is the only proposition,

No truth is understood by you,

and so on for similar paralogisms.[90]

ad 6.3.1 With regard to these propositions: I say to the first that this is false:

A falsehood exists,

and I grant 'A falsehood is this', and I deny the validity of the inference:

This is a falsehood and this exists ⟨i.e., is a being⟩, therefore a falsehood exists ⟨i.e., is a being⟩,

because the term 'falsehood' supposits for something ⟨*sc.* A⟩ in the major premise[91] for which it does not supposit in the conclusion ⟨*sc.* A itself⟩.[92]

But if one may argue against this response:

Therefore 'this' is said of something of which 'being' is not said, which, however, is false because 'this' is inferior to 'being'.

I reply to this by granting that 'being' and 'this' would be truly affirmed of some subject ⟨*sc.* 'falsehood'⟩ for one of its significates ⟨*sc.* A⟩ , while the premise is not truly affirmed of that subject for that significate ⟨*sc.* A⟩; and the reason is that the subject ⟨of A⟩ does not supposit for that significate in that proposition ⟨A⟩, while in an utterance like

A falsehood is a being

'being' is affirmed for that significate, and thus it does not follow that something is this which is not a being.[93]

6.3.3 To another proposition:

A falsehood is said by Socrates,

I reply similarly that this is false and the response to the argument is clear.

---

[90] See Bradwardine, *Insolubilia*, §12.2.

[91] The major premise is often taken to be that containing the major term, that is, the predicate of the conclusion. But Segrave seems to be following Peter of Spain and others who define the first premise as the major premise: see Peter of Spain, *Summaries of Logic*, ed. Copenhaver, ch. 4 §2: "Omnis autem sillogismus constat ex tribus terminis et duabus propositionibus. Quarum propositionum prima vocatur maior propositio, secunda minor."

[92] We have expanded the translation in this paragraph to make the argument clearer. Segrave's solution entails that A ('A falsehood exists', equivalently, 'A falsehood is existing' or 'A falsehood is a being') is false and that a falsehood is this, *sc.* A, even though, or rather because, 'falsehood' in A cannot supposit for A. But from 'A falsehood is this' it seems to follow by an expository syllogism that a falsehood is a being, or exists, contradicting his solution. On the expository syllogism, also known as 'ecthesis', see, e.g., Parsons, 'The Power of Medieval Logic', pp. 192–93 and Buridan, *Treatise on Consequences*, 'Introduction', pp. 21–23.

[93] Recall from Segrave's reply in §ad 5.8.2 that he accepts that for discrete terms, like 'hoc falsum' ('this falsehood'), signification is the same as supposition.

6.3.3.1 Sed si arguatur sic:

> Aliquid dicitur a Sorte et nihil aliud a propositione dicitur a Sorte, ergo aliqua propositio dicitur a Sorte,

conceditur quia iste terminus propositio bene potest supponere pro hoc dicto a Sorte, sicut dictum est prius. Et sequitur ultra:

> Propositio dicitur a Sorte, | omnis propositio est vera vel falsa, ergo verum vel falsum dicitur a Sorte. E8 28vb

Et sequitur ultra:

> Verum vel falsum dicitur a Sorte, et non verum, ergo falsum;

iste discursus patet per regulam in disiunctivis.

ad 6.3.3.1 Ad istud: conceditur

> Propositio dicitur a Sorte

et

> Aliquale dicitur a Sorte

et omnia talia; et minorem concedo similiter, sed consequentiam distinguo eo quod potest esse disiunctiva vel de disiuncto extremo. Si disiunctiva, falsa et non sequitur ex premissis. Si de disiuncto extremo, vera est; et sic est unus terminus universalis et communior quam falsum et quam verum simpliciter et potest supponere pro aliquo supposito falsi pro quo non potest iste terminus 'falsum' supponere respectu eiusdem predicati, sicut potest iste terminus 'propositio'. Et sic non sequitur ultra

> Verum vel falsum dicitur a Sorte, et non verum, ergo falsum,

maior enim verificatur pro aliquo pro quo non potest conclusio verificari.

---

1 Sed] *om.* E_4 4 propositio] suppositio O 5–7 Et sequitur ... Sorte] *om. hom.* O 11 iste *corr.*] prius E_4 E_8 primus O || disiunctivis] discernins E_4 dysamis (*dub.*) E_8 12 istud] aliud O || conceditur] concedo quod O 14 et] quod *add.* O 15 Aliquale] aliquid O 16 similiter] simili O 17 disiuncto extremo] disiuncto predicato E_4 *inv.* O 19 sic est] si O || terminus] talis O || et[1]] *om.* O 20 et] *om.* O || falsi] *dub.* E_4 21 supponere] *post* potest E_4 25 conclusio verificari] *inv.* O

6.3.3.1 But if one argues like this:

> Something is said by Socrates and only a proposition is said by Socrates, so some proposition is said by Socrates,

the inference is granted because the term 'proposition' can rightly suppose for what is said by Socrates, as was said earlier.[94] And further, this is valid:

> A proposition is said by Socrates, every proposition is true or false, therefore a truth or a falsehood is said by Socrates.

And this too is valid:

> A truth or a falsehood is said by Socrates, but not a truth,[95] therefore a falsehood;

this reasoning is clear through the rule of disjunctive syllogism.[96]

ad 6.3.3.1 To this objection, ⟨I respond⟩ by granting

> A proposition is said by Socrates

as well as

> Something true or false is said by Socrates

and all such claims, and I grant the minor premise as well, but I disambiguate the inference insofar as ⟨the conclusion⟩ can be either a disjunction or a proposition with a disjunct extreme.[97] If it is a disjunction, it is false and it does not follow from the premises. If it is a proposition with a disjunct extreme, it is true; and so ⟨its subject⟩ is a universal term and more general than just falsehood or just truth and it can supposit for some suppositum of 'falsehood' for which the term 'falsehood' cannot supposit with respect to the same predicate, as, e.g., the term 'proposition' can. And thus the final inference:

> A truth or a falsehood is said by Socrates, but not a truth, therefore a falsehood,

is not valid, for the major is true of something of which the conclusion cannot be true.

---

[94] See §6.2.

[95] That is, a truth is not said by Socrates.

[96] Literally, "by a rule in disjunctive ⟨propositions⟩". The *Logica Oxoniensis* (the standard logic textbook in Oxford from the mid-fourteenth century) gives two rules for disjunctive propositions: Addition (from one part of an affirmative disjunction to the whole) and Disjunctive Syllogism (from an affirmative disjunction with the denial of one part to the other part). See, e.g., Pironet, *Guillaume Heytesbury: Sophismata Asinina*, p. 563.

[97] That is, the conclusion of the first inference, 'A truth or a falsehood is said by Socrates' can be read either as a disjunctive proposition, 'A truth is said by Socrates or a falsehood is said by Socrates', or as a simple subject-predicate proposition with a disjunct term as subject, 'A truth or falsehood is said by Socrates'. For this distinction, and its importance in the development of the theory of supposition in the fourteenth century, see, e.g., Read, 'Thomas of Cleves and Collective Supposition', esp. §1.

ad 6.3.2 Ad consimilia patet per idem.

6.4 Et similiter ad exclusivas et exceptivas consimili modo est respondendum ut hic:

Tantum Sortes dicit falsum,

dicat Sortes tantum istam et non loquatur alius; et similiter:

Nullus homo preter Sortes dicit falsum.

6.5 In disiunctivis et copulativis ut hic:

Homo est asinus vel disiunctiva tibi proposita est falsa,

et proponatur tibi hec disiunctiva. Si conceditur, ergo secunda pars est falsa et prima similiter, ergo tota disiunctiva. Si negatur, ergo hec est falsa et hec disiunctiva tibi proposita est falsa et hec est secunda pars, ergo secunda pars est vera, ergo disiunctiva est vera.

ad 6.5 Pro istis est sciendum quod disiunctiva, cum hoc quod ipsa sit, significat se esse veram sicut cathegorica, et hoc pro altera parte, unde neganda est ista disiunctiva. Et non sequitur:

Hec est falsa et hec est disiunctiva tibi proposita, ergo disiunctiva tibi proposita est falsa,

in hac enim

Disiunctiva tibi proposita est falsa,

que est secunda pars, non | supponit pro ipsa. Sed est sensus: E8 29ra

Disiunctiva tibi proposita alia ab hac est falsa

et hec est falsa quia nulla alia tibi proponitur.

6.6 Aliter paralogizatur sic: sit A altera istarum:

Deus est,

vel

Nullum propositum Sorti est concedendum a te,

---

1 consimilia] similia O || per] propter E_4 2 exclusivas et exceptivas] exceptivas et exclusivas O || consimili] simili O 3 ut] *om.* O 4 dicit] dicat E_4 5 loquatur] loquitur E_4 E_8 6 homo ... falsum] dicit falsum preter Sortes O 10 negatur] negetur O || ergo^2] *om.* E_8 O 11 et^1] *om.* O || disiunctiva] disiuncta E_8 12 ergo ... vera] *om. hom.* O 13 est sciendum] dicendum O || quod^2] cum E_4 14 significat] significet O 15 Et non sequitur] *om.* O 16 et] *om.* O || est^2] *om.* E_8 O 17 falsa] et hec secunda pars ergo secunda pars est vera *add.* O 19 tibi proposita] *inv.* O || falsa] falsum E_4 22 alia] *om.* E_8 23 Aliter] alius O || paralogizatur] paralogismus ponatur O 24 est] *om.* E_4 26 Sorti] *om.* O

ad 6.3.2 The response to similar insolubles, ⟨such as those in 6.3.2,⟩ is clear from that.

6.4 And correspondingly, one should respond to exclusive and exceptive propositions in a similar way, as here:

Only Socrates says a falsehood,

when Socrates says only that and no one else speaks; and similarly ⟨here⟩:

No man besides Socrates says a falsehood.

6.5 In disjunctions and conjunctions, such as here:

A man is an ass or a disjunction proposed to you is false;

let this disjunction be proposed to you. If you grant it, then the second disjunct is false and the first as well, therefore the whole disjunction ⟨is false⟩. If you deny it, then it is false and ⟨so⟩ the disjunction proposed to you is false, and this is the second disjunct, therefore the second disjunct is true, therefore the disjunction is true.

ad 6.5 With regard to these insolubles, it should be recalled that a disjunction, assuming that it exists, signifies itself to be true just as does a subject-predicate proposition, and ⟨to be true⟩ in virtue of one or other disjunct, and for this reason this disjunction should be denied. And the following inference is invalid:

This is false and this is the disjunction proposed to you,
therefore a disjunction proposed to you is false,

for in this:

A disjunction proposed to you is false,

which is the second disjunct,[98] ⟨'false'⟩ does not supposit for the disjunction. But the meaning ⟨of the second disjunct⟩ is:

A disjunction proposed to you other than this one is false

and this is false because no other disjunction is proposed to you.[99]

6.6 A paralogism can be made in another way like this: let A be one of these:

God exists,

or

Nothing proposed to Socrates should be granted by you,

[98] That is, the second disjunct of the insoluble in §6.5.
[99] For Segrave's account of conjunctive insolubles, promised in §6.5, see §6.7.

et lateat te, et proponatur Sorti hec:

A est vera,

et nulla alia; deinde proponatur tibi ista:

A est verum.

6.6.1 Si ne|ges, contra: sequitur: O 1vb

A est 'Deus est', ergo A est verum.

6.6.2 Si dubitetur, contra:

Quodcumque istorum A significat, A est verum, sed A est alterum istorum, ergo A est verum.

Consequentia patet et minor est vera per positum, maiorem probo quia:

6.6.2.1 si A sit ista

Deus est,

A est verum.

6.6.2.2 Si sit illa:

Nullum propositum Sorti est concedendum a te,

A est verum, quia si A sit illa, ex A esse falsum sequitur ipsum esse verum. Sequitur enim:

A est falsum, ergo 'A est verum' non est concedendum,

et ita nullum propositum sorti est concedendum, quia tantum 'A est vera' proponitur sorti. Et si A sit ista, ergo ex A esse falsum sequitur A esse verum, si A sit hoc

Nullum propositum sorti et cetera.

6.6.3 Ideo dico ad illud concedendum sicut oportet quod A sit verum.

---

1 te] que *add.* E_4 3 proponatur] proponitur E_4 O || tibi] *om.* E_8 || ista] istam E_8 O 7 contra] *om.* E_4 8 Quodcumque] pro quocumque E_8 O || A^2] *om.* E_4 || sed] et O 11 ista] a E_4 16 A^1] *om.* E_4 || ipsum] A O 18 concedendum] ergo *scr. et del.* E_8 19 tantum ... vera *coniecimus*] nullum A *mss* 20 ergo] A est verum ergo *add.* E_8 O 24 Ideo] *om.* O || concedendum] concedo E_4 O quod *add.* O

and let it be unknown to you ⟨which A is⟩; and let

A is true,

and no other proposition, be proposed to Socrates; then let this be proposed to you:

A is true.[100]

6.6.1 If you deny ⟨'A is true'⟩, on the contrary, this is valid:

A is 'God exists', therefore A is true.

6.6.2 If you express doubt about it, on the contrary:

Whichever of these A signifies, A is true, but A is one of these, so A is true.

The inference is clear and the minor is true by hypothesis. I prove the major because:

6.6.2.1 if A is

God exists,

A is true.

6.6.2.2 If ⟨A⟩ is:

Nothing proposed to Socrates should be granted by you,

A is true because if A is that proposition, from A's being false it follows that A is true. For this is valid:

A is false, therefore 'A is true' should not be granted,

and so nothing proposed to Socrates should be granted, because only 'A is true' is proposed to Socrates. And if A is that, ⟨that is,⟩ if A is:

Nothing proposed to Socrates ⟨should be granted by you⟩,

from A's being false it follows that A is true.

6.6.3 Hence I say that ⟨the insoluble⟩ should be granted, as it is necessary that ⟨either way, whichever proposition A is,⟩ A is true.[101]

[100] This paralogism is essentially the same as a slightly simpler one in Bradwardine, *Insolubilia*, §9.5.3, where 'Nothing proposed to Socrates should be granted by you' is replaced by 'Nothing proposed should be granted by you', since in Segrave's case what is proposed to Socrates ('A is true'—'A est vera') and to you ('A is true, or a truth'—'A est verum') are equivalent. Bradwardine helpfully labels 'God exists' B, 'Nothing proposed should be granted by you' C and 'A is a truth' D. Segrave will later (§6.6.3.2) label 'Nothing proposed to Socrates should be granted by you' B.

[101] This is Segrave's verdict on the insoluble: 'A is a truth' can't be denied (by the argument in §6.6.1) and it can't be doubted (by the argument in §6.6.2) so 'A is a truth' must be granted. Nonetheless, as we will see, A itself must be doubted.

6.6.3.1 Sed arguatur sic: hoc est verum (demonstrando hoc 'A est verum'), et hoc est propositum sorti, ergo aliquod propositum sorti est concedendum a te, ergo hec est falsa:

Nullum propositum sorti est concedendum a te,

et tu dubitas an sit ista, ergo male concessisti.

ad 6.6.3.1 Ad illud respondeo et dubito hanc consequentiam:

Hoc est concedendum a te, et hoc est propositum sorti,
ergo aliquod propositum sorti est concedendum a te,

quia si A sit:

Deus est,

consequentia est bona. Si A sit alia, non valet propter causas predictas.

6.6.3.1.1 Sed arguatur contra hoc sic: concessa hac

A est verum,

proponitur | hec: E_8 29rb

Nullum propositum Sorti est concedendum a te,

hec est dubitanda, ut patet, sit illa B, et arguatur sic:

B est tibi dubium, et A est B, ergo A est tibi dubium.

Consequentia est bona et antecedens est tibi dubium, ergo consequens non est a te negandum, sed consequens est falsum quia: A est verum, est scitum a te.

---

1 arguatur] arguitur O 3–4 ergo ... a te] *om. hom.* E_8 O 5 ista] ita O || male *coniecimus*] multa *mss* 6 respondeo] respondetur E_8 11 predictas] prius dictas E_4 9–15 quia ... te] *om. hom.* O 16 arguatur] arguitur O

6.6.3.1 But one may argue like this: this is true (referring to 'A is true') and this is proposed to Socrates, therefore something proposed to Socrates should be granted by you, therefore

> Nothing proposed to Socrates should be granted by you

is false, and you are in doubt whether ⟨A⟩ is this, therefore you have granted it badly.

ad 6.6.3.1 In response to this, I express doubt about this inference:

> This should be granted by you and this is proposed to Socrates, therefore something proposed to Socrates should be granted by you,

because if A is:

> God exists

the inference is valid. ⟨But⟩ if A is the other proposition, the inference is invalid for the reasons expressed before.[102]

6.6.3.1.1 But one may argue to the contrary like this: having granted

> A is true,

this is proposed:

> Nothing proposed to Socrates should be granted by you.

call it B. This should be doubted, as is clear.[103] And one may argue like this:

> B is uncertain for you and A is B, therefore A is uncertain for you.[104]

The inference is valid and the ⟨minor⟩ premise is uncertain for you, therefore the conclusion should not be denied by you;[105] but the conclusion is false because 'A is true' is known by you.

---

[102] Note that if A is 'Nothing proposed to Socrates should be granted by you', the conclusion of the inference is the contradictory of A and so by Segrave's lights, 'proposed to Socrates' cannot supposit for 'A is true', and accordingly the conclusion is false since its subject is empty. But in the minor premise, 'proposed to Socrates' does supposit for 'A is true'. Hence, in that case, the inference is invalid and commits a fallacy of accident by the variation of supposition of the minor term.

[103] We have seen that Segrave cannot grant the conclusion of the inference in §ad 6.6.3.1 or its contradictory. So although he grants 'A is true', he doubts A, if A is B.

[104] 'dubium' means not knowing either way, connoting ignorance rather than doubt. So we have rendered 'dubium' as "to be uncertain", in line with its role in obligations treatises (see, e.g., Paul of Venice, *Logica Magna: Tractatus de scire et dubitare*, tr. Clarke, pp. xix–xx and Paul of Venice, *Logica Magna: Tractatus de obligationibus*, ed. and tr. Ashworth, p. xv), although we have kept 'express doubt' for 'dubitare'.

[105] An example of Kilvington's notorious disputational meta-argument: see Richard Kilvington, *Sophismata*, sophisms 45–48 *passim*, and Kretzmann's commentary, pp. 316, 324.

ad 6.6.3.1.1 Ad istud responditur concedendo ultimam consequentiam et dubitando antecedens et consequens; bene ista stant simul:

'A est verum' est scitum a me,

et

A est mihi dubium,

quia si A sit illa

Deus est,

A non est mihi dubium. Si A sit B, tunc est mihi dubium A; et quia nescio utrum A sit

Deus est,

vel alia, nescio utrum sit mihi dubia vel non.

6.7 Eodem modo respondendum est ad copulativas cuiusmodi sunt iste:

Deus est et nulla copulativa tibi proposita est vera,

et hec:

Homo est asinus et copulativa tibi proposita est a te neganda,

et ad omnia similia est eodem modo respondendum.

6.8 Ut autem facilius respondere sciatur ad insolubile propositum, sciendum quod in propositione affirmativa ubi subicitur iste terminus 'verum' respectu termini transcendentis vel cuiuscumque predicati superioris ad verum vel respectu convertibilis numquam accidit insolubile, sed potest pars supponere pro toto et totum verificari pro se, et omnis talis est concedenda:

Omne verum est ens,

Verum est propositio,

Verum est aliquale,

Verum est verum,

et similia. | In affirmativa vero ubi subicitur predicato inferiori ad ipsum bene potest accidere insolubile et quod pars non supponat pro toto cuius est pars, ut hic: E$_4$ 161ra

---

1 responditur] respondetur E$_4$ respondeo O ‖ ultimam] *om.* E$_8$ O 2 bene] sive (*dub.*) E$_4$ unde(*dub.*) O 5 A] *om.* O 8 sit] est E$_4$ ‖ A; et] *om.* O 9 A sit] *om.* E$_4$ E$_8$ 11 alia] aliud O ‖ sit mihi] *inv.* E$_4$ 12 est] *om.* E$_4$ ‖ cuiusmodi] ut O 13 copulativa] est *add.* O ‖ vera] una E$_4$ 15 proposita] a me *add.* O 17 similia] alia E$_8$ O ‖ est eodem modo] eodem modo est E$_4$ ‖ respondendum] *om.* O 18 respondere sciatur] *inv.* E$_8$ O ‖ propositum] proponenda O 18–19 sciendum] est *add.* O 19 subicitur] est subiectum O 20 vel] *om.* O 22 et omnis] *om.* O 27 Verum est verum] *om.* O 28 In] nam O ‖ vero] vera O ‖ subicitur] subiecto O 30 pars] *om.* E$_4$ E$_8$

ad 6.6.3.1.1 I respond to this by granting the last inference[106] and expressing doubt about the premise and the conclusion; these can stand together

'A is true' is known by me,

and

A is uncertain for me,

because if A is

God exists,

A is not uncertain for me, ⟨while⟩ if A is B, then A is uncertain for me. And because I do not know whether A is

God exists

or the other proposition, I do not know if it is uncertain for me or not.

6.7 One should respond in the same way to conjunctions like these:[107]

God exists and no conjunction proposed to you is true,

and

A man is an ass and a conjunction proposed to you should be denied by you,

and one should respond in the same way to all similar insolubles.

6.8 To know how to respond more easily to a proposed insoluble, note that in ⟨the case of⟩ an affirmative proposition whose subject is the term 'truth' with respect to a transcendental term or any predicate superior to ⟨the term⟩ 'truth' or with respect to a convertible term, an insoluble never results, but the part can suppose for the whole and the whole can be truly said of itself;[108] and all such propositions should be granted:

Every truth is a being,

A truth is a proposition,

A truth is true or false,

A truth is true,

and the like. However, in ⟨the case of⟩ an affirmative proposition where ⟨the term 'truth'⟩ is the subject of a predicate inferior to ⟨the term 'truth'⟩ an insoluble can readily result, and ⟨then⟩ the part does not suppose for the whole of which it is part, as here:

---

[106] That is, that the conclusion is false because 'A is true' is known by you.

[107] This paragraph is perhaps misplaced, and should follow §ad 6.5.

[108] See Paul of Venice, *Logica Magna, Tractatus de terminis*, ed. and tr. Kretzmann, p. 291, note *p* to p. 13: "A transcendental term is a simple term (e.g. 'Being') that can be the predicate term in a true affirmative proposition about absolutely anything there is [...] Each transcendental term can therefore be the predicate term in a true affirmative proposition in which any other transcendental term is the subject term."

Quodlibet | verum est aliquod istorum, E$_8$ 29va

Quodlibet verum est A vel B,

Quodlibet verum est: Deus est.

In talibus enim non potest totum denotare se esse verum pro se et ideo pars non supponit totum in talibus propositionibus, sed sunt tales propositiones concedende pro aliis ab illis propositionibus. Sed e contra est in negativis ubi subicitur iste terminus 'verum' predicato superiori vel convertibili: numquam supponit pars totum sed tantum pro aliis a toto, ut hic:

Nullum verum est,

Nullum verum est verum,

et similia. Est enim sensus:

Nullum verum est aliud ab hoc vel convertibili vel antecedente ad hoc,

et similiter respectu predicati inferioris ut hic:

Nullum verum est aliquod istorum

est sensus:

Nullum verum aliud ab hoc etcetera est aliquod istorum,

unde pro eisdem supponit terminus in affirmativa et in sui contraria.

6.8.1 Sed iste terminus 'falsum' respectu predicati transcendentis vel cuiuscumque superioris vel convertibilis vel etiam inferioris numquam supponit pro toto in affirmativa.

Et quelibet talis est neganda, si non sit alia ab ista, ut sic dicto:

Falsum est,

Falsum dicitur a Sorte;

respectu tamen predicati inferioris est concedenda in casu ut hic:

Quodlibet falsum est aliquod istorum,

demonstratis

Homo est asinus

et

Deus non est,

---

1 istorum] et *add.* O 3 verum] talem E$_8$ || Deus est] deus E$_8$ de se intelligibile O 4 non] nec E$_4$ || totum denotare se] denotare se totum E$_4$ || pro] per O 5 totum] pro toto O || propositionibus] *om.* E$_4$ E$_8$ || sunt tales] sicut E$_4$ 6 concedende] accipiende O sunt *add.* E$_4$ 8 totum] vel pro suo toto *add.* O 10 est] verum *add.* E$_8$ 11 Nullum] *om.* E$_8$ O || verum^2] *om.* O 13 est] *post* ad hoc E$_4$ || aliud] a E$_4$ 15 hic] *om.* E$_4$ 16 Nullum] nullus E$_4$ 17 est sensus] *inv.* O 18 aliud] *om.* E$_8$ || etcetera] *om.* O 19 eisdem] eadem E$_4$ || sui] sua O 20 vel] ut O 21 convertibilis] eius *add.* O || etiam] eius O 23 dicto] dicendo O 27 falsum] verum O 28 demonstratis] istis *add.* O

Every truth is one of these,

Every truth is A or B,

Every truth is 'God exists'.

For in such propositions the whole cannot mean that it is true of itself and so the part does not supposit for the whole in such propositions, but they should be granted as speaking of propositions other than these. But on the other hand, in negative propositions in which the term 'truth' is the subject of a superior or convertible predicate: the part never supposits for the whole, but only for things other than the whole, as here:

No truth exists,

No truth is true,

and the like. For the meaning is:

No truth exists other than this or one convertible with or implying it;

and it is the same with respect to an inferior predicate, as here:

No truth is any of these,

the meaning is:

No truth other than this ⟨or one convertible with or implying it⟩ is any of these,

because a term supposits for the same things in an affirmative proposition and in its contrary.

6.8.1 But the term 'falsehood' ⟨as subject⟩ with respect to a transcendental or any superior or convertible or even inferior predicate never supposits for the whole in an affirmative proposition.

And if there is no proposition other than this one, every proposition like the utterances:

A falsehood exists,

A falsehood is said by Socrates,

should be denied. However, ⟨an affirmative proposition where the term 'falsehood' is the subject⟩ with respect to an inferior predicate should be granted in a scenario like this:

Every falsehood is one of these,

referring to

A man is an ass,

and

God does not exist;

et in tali casu numquam accidit insolubile.

Similiter et in negativa iste terminus 'falsum' non supponit pro toto ut hic:

Nullum falsum est,

Nullum falsum est propositio,

